

Ioannis Jacobi Manlii de bosco in opus Luminaris maioris ad Bernardinum in gram ciuem papensem proemium feliciter incipit.

Um pleraque in medicorum antidotis peruerse intelligi a plurimis aaduerterez
tum quod grece arabiceque scripta vocabula pessime acciperent. tum quod operandi
artem modumque penitus ignorarent. olim ego iuuenili etate concitus breues ac suc-
cinctas annotationes cōscripteram. mox vero succedētibus annis ceptum a me stu-
dium in magnis meis occupationibus deposueram penitus: tametsi eius semper anti-
mi fuerim ut quoad fieri posset de posteris bene mererer. Tua tamē me volūtas nu-
perrime impulit Bernardine ut munus a me antea suscepsum nō modo nō oblita-
ri paterer: sed et in corpus redigerem adderēque plurima quod posterior etas exercitiūque
quotidianum cotulere. Itaque factū est ut quod breuissimum fuerat volumen longe am-
plius excresceret. vtque suscepit a me puicē modus orationis seruare diut. Mesue in
primis exponēdū opus mihi p̄posuit. occasione vero nactus nōnulla subiecta reliquias
medicis cōfuse vagēque conscripta. factū est ut hoc vnu opus p̄ alij multis suffice-
re videat. tam late tamque abunde in hac antidotoz materia sum euagati quod citra ar-
rogantia dictrū sit: sed et veritas nusquam reticenda. Scio ego incōparabile egris iactu-
ram. eximis doctoribus illatū esse dedecus nō sui culpa. verū ad ministraz potius
inscitiam. Dehinc aut ut arbitror fori confido ut aromatarioz quis nostrū hoc opus
diligenter tenuerit tuto aggredi possit oēs veteres composituras. Que ut recte sie-
ret huius gratia negotijs Galienū. Diascoridē. Serapionē. Basim. Alucennā. Auer-
royn. Conciliatorē. Buliēmū placentinū. Gentile. Nicholū. Franciscū pedamonta-
num. Nicolaum. Michaelē sauronarollam. Simonē Janueusez. aliosque pmultos exq-
uisitissime perlegi. eorumque sententias huic nostro volumini inserui: qua tibi Bernardi
ne niger dedico ac nomini tuo inscribo: ut fautorē assertorēque elucubratioes mee te
recognoscant obseruent ac venerentur. nam cuius auxilium fauoreque potissimum im-
plorauerim quod eius qui de me locupletissime semper sit benemeritus. Vale.

Opus hoc undecim sectionibus distinguitur. Prima electuaria continet. Secun-
da conditorum formam insinuat. Tertia ipsa loch enumerat. Quarta syrups ac robū
complectitur. Quinta decoctiones instruit. Sexta trocicos cōprehendit. Septima
de fief inscritur. Octaua pillulas componit. Nonna de suffuf agit. Decima vnguen-
ta cerota emplastra instituit. Undecima de oleis tractatum claudit.
Distinctio autem hec perutilis subdita est ne lectoribus tedium generetur.